

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Ira z  
cum fonte primo

Quanta sit iracundie culpa  
pensare possumus, per quam  
  
paciencia perditur, ut  
quid quoque ordine sit agendum omnino  
nesciatur,  
quia nimirum  
intelligencie lucem ita subtrahit, cum  
mentem permouendo confundit.

Gregorius ibidem (libro V. moralium).

Quanta ergo sit iracundiae culpa  
pensemus, per quam dum mansuetudo  
amittitur, supernae imaginis similitudo  
uitiatur. Per iram sapientia perditur, ut  
quid quoque ordine agendum sit omnino  
nesciatur, sicut scriptum est: *Ira in sinu*  
*stulti requiescit; quia nimirum*  
*intellegentiae lucem subtrahit cum*  
*mentem permouendo confundit.*

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 5, 45  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.276,  
ll.12-18).